



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. III. Ianuen. distributionis. De eadem materia, An seilicit vocato majori
natu, attendatur prærogativa lineæ, vel illa ætatis, ubi non agitur de
saccesione in bonis ad commodum majorsi natu, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

DISCURSUS III.

7

I A N V E N .
DISTRIBUTIONIS
INTER

Ioannem Benedictum de Franchis,
Augustinum Monegiam , Franci-
cum Mariam , & Camillum
Mariam fratres de
Oria.

Responsum pro veritate.

De eadem materia, An scilicet vocato majori
natu , attendatur prærogativa linea, vel
illa ætatis, ubi non agitur de successione
in bonis ad commodum majoris natu, sed
de distributione, seu administratione ad
favorem aliorum ; Et concluditur pro
ætate.

S V M M A R I V M .

- ¹ F_{all} series.
- ² Resolutio dubii pro ætate, & de ratione.
- ³ De casibus, in quibus attendatur major ætas per natu-
ram.
- ⁴ Frater major retinet scripturas , & claves, ac similes
habet prærogativas.
- ⁵ Eleemosynæ sunt distribuenda per seniorem.
- ⁶ An in ipsis majoribus administratoriis potius, quam
successoriis suffragetur proximitas ultimo morienti,
vel qualitas linea admissee.
- ⁷ De materia attendendi proximitatem gravantis , vel
gravati remissive.
- ⁸ Observatio in uno casu , vel genere personarum, non
instat in alterum diversum.

D I S C . III.

Brancaleo Lercarius, juxta laudabilem Civitatis
Januensis morem, instituit quendam mon-
tem super certis bonis, quorum fructus inter ejus
filios & descendentes, juxta maiorem vel minorem
indigentiam, ac respectivè prælationem linea
masculina magis quam feminina, singulis annis di-
stribui deberent, demandata distributione seu dis-
pensatione duobus natu majoribus inter eosdem
filios & descendentes ; Neglectis autem aliis filiis,
qui ex dicto testatore superstites fuerunt, utpote
mortuis absque prole, Duo tantum in considera-
tione habebantur, Nicolaus scilicet primogenitus
mortuus absque prole masculina, ac Simeon secun-
dogenitus, cuius tantum filii, nepotes, & pronepo-
tes, sive ulteriores descendentes masculi, ob sexus,
& familie prærogativam hanc distributionem longo
tempore fecerunt ; Defecta vero de numeris hac
linea masculina in Joan. Baptista & Thoma de
Lercarii ultimis possessoribus, Hinc orta est qua-
sto inter Franciscum Mariam, & Camillum Mariam
fratres de Oria per triplex medium femininum de-
scendentes à Joanne Baptista Lercario dicti Simeo-

nis nepote, qui tamen erant ætate juniores, ac Jo-
annem Benedictum de Franchis & Augustinum
Monegiam per quinque vel sex media, descenden-
tes à Peretta unica filia feminina dicti Nicolai, qui
erant ætate maiores, Quibus scilicet hæc prærogati-
va faciendo hujusmodi distributionem compete-
ret. Atque desuper, (incertum est ex qua parte) pro
veritate consultus.

Deductis cum consueto allegationum apparatu,
ad quem vulgus principaliter respicere solet, sis et
que pro utraque sententia habentur in Mutinensi disc.
1. super questione futer prærogativam linea ac
illam ætatis ; In isto casu pro ætate potius mihi
probabilis visum est responderi debere, igno-
ratus tamen est, qualis fuerit controversia even-
tus.

Quamvis etenim ex deductis d. disc. 1. & 2. ubi
agitur de questione successionis in bonis, eorum
que fruitione ad proprium commodum, & utili-
tatem, omnino verior videatur opinio assidens
linea potius quam ætati ; In hac tamen facti spe-
cie contrarium verius videbatur, eo quia non
agebatur de Majoratu successorio, sed de Major-
atu administratorio, ita ordinato ratione majori
prudentiae, qua in personis majoris ætatis per
veritatem frequentius existit, quam in habentibus
prærogativam majoratus per fictionem legis ratio-
ne linea, ut in terminis specialibus distributionis
seu dispensationis fructuum Sard. conf. 455. per rorum;
Et de administratione feudi dividui Honded. conf.
70. lib. 2. Malus conf. 22. Gratian. discept. 605.,
Ac in terminis jurispatronatus vel similiis iuriis in-
tellectualis Gratian. discept. 645. & 834. Lotter. lib.
2. quest. 11. num. 93. & alii de quibus d. disc. 1.,
Tunc enim commodum est æquale omnium de
linea seu genere vocato, inter quos, tanquam
unum corpus, seu unam universitatem constitu-
entes, seniores seu magis antiani quamdam ma-
jorem prærogativam à natura vel à communis con-
suetudine habere videntur circa exercitum illo-
rum iurium, qua habitu sunt pluribus commu-
nia, omnibusque in solidum competentia, sed actu
oportet vel congruit per unum tantum explicari,
juxta ea qua frequenter habentur in it. de prä-
minentia super iuribus & präminentia competen-
tibus Capitulo, explicandis per primam Dignita-
tem vel antiquiore Canonico cum similibus.

Hinc habemus, quod pluribus fratribus vel
aliis in communione viventibus, exercitum a 4
etuum individuorum ab uno tantum explicando-
rum, de iure competit fratri maiori, puta reten-
tio clavium , seu scripturarum , custodia Castri ,
& similia, ex deductis per Franc. Marc. decis. 839.
par. 1. Caulean. decis. 25. nu. 17. p. 2. Amendol.
ad Franc. decis. 386. Fontanell. de past. claus. 4. gloss.
9. par. 2. num. 65. Michalor. de fratr. par. 3. c. 370
num. 3. cum seqq.; Et in specie quod in distribu-
endis eleemosynis, vel aliis subventionibus, senio-
res fin' präferendi innioribus Tiraquell. de primo-
genitura in prefat. num. 147.

Et quamvis pro fratribus de Oria duas pecu-
liares concurrent circumstantiae, ob quas, non
obstante minori ætate, iuxta regulas primoge-
nitorum ac maioratum, alios vincere deberent,
Primò scilicet, quod essent de linea Simeonis, in
qua istud ius semper refedit, nunquam vero in
altera linea Nicolai stipitis aliorum concurren-
tium, unde intrat regula de linea admissa in exclu-
sionem linea non admisse; Et secundò quod essent 6
proxim.

ELUCA
De
ta
mentis
ut
GVI
9

proximiores Thomæ & Joanni Baptista ultimo defunctis, à quibus Joannes Benedictus & Augustinus erant remotissimi per 14. vel 15. gradus civiles, quamvis quoad testatorem essent æquales, ex hodie receptissima propositione regulandi proximitatem à persona gravati magis quam gravatis.

Attamen ultra limitationem quæ dictæ regulæ tradi solet, & de qua apud Merlin. decisio 520. numero 11 cum sequent. alias decisio 519 part. 5. rec. de attendenda magis proximitate gravantis, quando fit novus transitus de uno genere personacum ad alterum, sive de uno ad alterum substitutionum gradum, super quo motivo parum insistebam ob plures declarationes, quas dicta limitatio patitur, ut plures infra occasione agendi de hac materia proximitatis magis gravati quam gravantis vel econtra, præsertim in Romana fideicommissione. *d. Victorii disc. 23.* Ponderabam utram confiderationem cessare ex eodem principio, quod non ageretur de successione uni potius in alterius exclusionem deferrenda, sed ageretur solum de administratione juris competenter omnibus constituentibus unum corpus individuum, seu quendam speciem Collegii absque distinctione linearum vel gradum, ut in proposito excludendi terminos reciprocae linearis, ac difficultates in ea cadentes super successione ad portionem unius linearis defectæ in iuribus vel bonis de ipsorum natura, vel ex testatoris voluntate individuis, ponderatur infra in Romana palauij de Capranica disc. 106. & conferunt quæ habentur in Mutinæ, feudorum de Rangonis sub tit. de feudi disc. 8.

Et quoad contrariam observantiam, quod scilicet hoc jus cesederit in linea Simeonis, & non in altera Nicolai, facilis videbatur responso, quod id proveniebat à prælatione linea masculina per testatorem prius vocata ac prædicta ob decorum agnationis & familiæ, sed cessante ista circumstantia, eum concursus esset inter omnes æquè cognatos, ac de diverso genere, intrabat nunc ex integro quidam nonus ordo in diverso genere habente in omnibus ius coæquale in distributione possiva, à qua jus actuum tanquam ut supradicta plures unum corpus seu unum collegium constituentes regulari debere credebam; Et consequenter observantia in uno casu quandam peculiarem rationem habente non influit in alterum diversum, ac habentem diversam rationem.

PISAUREN. MAIORATVS

PRO
COMITE HYPOLITO

C V M

MARCHIONE FRANCISCO MAI
DE SANCTINELLIS.

*Casus decisus per Rotam pro Comite
Hypolito.*

De eadem materia, An scilicet in Majoratu attendi debeat prærogativa anno vel illa linea, & concluditur prærogativa etatis.

Erecto principaliter Majoratu super aliquo castro vel alia re conspicua, ac in aliis prædiis & bonis accessoriis seu contributivè annexis, si casus præbeat, ut cultus præter voluntatem testatoris alteri deferratur, An remaneat majoratus in aliis bonis.

S V M M A R I V M.

- 1 **F** Acti series.
- 2 *Resolutions causa.*
- 3 *De opinione Alexan., & sequacium, ut in majoribus Italæ attendatur solum prærogativæ tis.*
- 4 *Admittitur hec opinio ex voluntate testatoris.*
- 5 *De conjecturis, & circumstantiis, ex quibus voluntas resultat.*
- 6 *An, ubi agitur de Castris, & bonis juridicibus majoratas attendi debeat.*
- 7 *Consideratur, An dispositio concepta sit lingua latine vulgari.*
- 8 *Attenditur item, an testator confidaverit necnisi distinctionem linearum.*
- 9 *Vbi majoratus principaliter institutus est super aliquo re conspicua, & accessorie super aliis bonis, a dicta re cessante cesser dispositio in aliis.*

D I S C . I V .

Comes Petrus Antonius de Sanctinellis dominus Castræ Metulæ, plures habens filios, diversis dispositionibus, ac perpetuo successivo ac reciproco fideicommisso inter eos ordinatis, in specie dispositus, ut semper & perpetuò cultus prædictum esse deberet filii vel descendentes masculi ætate majoris, qui ejus Gubernator ac dominus in vita esse deberet, quodque ille qui esset Comes & dominus castræ, haberet pariter in vita dominium ac fruitionem quorundam aliorum pazariorum intra ejusdem castra limites & alibi religiæ existentium; Mortuis autem pluribus etatis filiis absque prole, atque durantibus tantum beneis Palmerini & Francisci Mariae qui prolem habuerunt, Castrum prædictum una cum aliis bonis ut supra obvenit in Alexandrum dicti Francisci Mariae filium natu majorem, quo defuncto superstitite Francisco Maria juniore filio illi

